





Kern 86  
(1-54; a-g)

# PRAELECTIONES ACADEMICAS

PER  
SEMESTRE HIBERNVM

IN  
REGIA FRIDERICIANA  
HABENDAS

INDICIT  
PRO-RECTOR

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS,  
S. THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE PROF. PVBL. ORDINARIVS.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IO. HENR. MICHAELIS tribus prioribus hebdomadae diebus hora IX. publice pergit in enarratione vaticinii *Micha* ex fonte Ebraeo; eoque absoluto ad *Nobunum, Habacucum* & *Sophaniam* progredietur. Altera parte hebdomadis eadem hora publice alteram partem *Euangelii S. Iohannis* ex Graeco textu explicabit. Priuatim hora XI. continuabit recensionem & succinctam explicationem librorum Ecclesiae nostrae Symbolicorum, & die Saturni *exercitationes disputatorias* ad eosdem cum auditoribus suis instituet. Hora II. a meridie singulos audiet, qui consilium vel auxilium in studiis expetunt.

D. IOACHIMVS Lange lectiones publicas, easque *zethericas* hora consueta X. continuabit, in *exegeticis* vero priuatim epistolam ad *Hebraeos*, aut librum *Apocalypses* propheticum, interpretabitur.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS absoluto Marco, *Lucam* lectionibus exegeticis hibernis iisque publicis, pertractabit. Continuabit etiam *paraneticas* in Ideam Studioſi theologiae, & *asceticas* in epistolam ad Romanos, quibus & porro addet *homiletica exercitia*.

CHRIST. BENED. MICHAELIS hora II. publicis praelectionibus perget explicare lesaiam prophetam; priuata vero industria hora IX. collegium harmonicum in IV. Euangelistas inchoabit.

SIGISM. IAC. Baumgarten publice epistolam Pauli ad *Philipp.* & *Coloss.* interpretabitur hora III. a mer. *asceticas* praeterea horas diebus Solis in *libr. historic. V. T.* & diebus Veneris in *Psalms*, atque *disputationes* dogmaticas diebus Saturni continuabit. Priuatis lectionibus hora VII. *theologiam dogmaticam* ad compendium Freylinghausianum denuo inchoabit, priorem eius partem haec hieme pertractaturus, hora V. a meridie in *antihesi theologica* explicanda, post historiam sectarum adhuc illustratam, ad ipsam controuersiam theologiarum disquisitionem succinctam ex ordine compendii dogmatici instituentem progredietur.

## IVRIDICAE.

IOAN. PET. DE LVDEWIG in scholis *palatinis* perget hora I. in explicandis *Romani civilis & canonici iurium* DIFFERENTIIS. Hora XI. ius FEVDALE interpretabitur, vcl. STRV-  
VIO duce; comite autem veritate & iustitia. Praesertim in *Germaniae feudis tam imperialis*  
*bus*, quam *prouticialibus*; uti usus cum medii aevi requirit, tum forensis S. R. I. tribunalium  
etiannunc. Hora III. seposita, hoc semestri, S. R. I. historia, SECKENDORFII aureum vere li-  
bellum, den *Fürstenstaat* illustrabit; unde proficere possunt auditores in omni genere rerum,  
scitu necessarium olim, ad *munera* rei publicae *ciuilitatis, ecclesiasticae, camerae & militariae* subeunda  
& exornanda feliciter. Alii doctores multum *scholae* dant, parum *multoties curiae*. Quam  
vero scenam ultimam plene instruit SECKENDORFIVS, sine pari. Hora IX. cum illustratissimo  
S. R. I. COMITE continuabit *historiam Germaniae*, operis priuatissimis.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER Icti in publicis recitationibus ad *HORNII ius pu-  
blicum* sedulo hora III. pomeridiana perget, priuatim vero hora X. matutina & II. pomerid. *alte-  
ram partem Digestorum* & hora IX. ius *canonicum* duce PERTSCHIO explicabit, nec iis deerit,  
qui in actis referendis manuductionem eius desiderabunt.

D. IO. GOTTL. HEINECCIUS semestri hoc hiberno hora X. antemerid. & II. pomeri-  
diana SANCTAS hora XI. INSTITVTIONES ita interpretabitur, vt nihil, quod vel ad accu-  
ratiorem

Kem 86 1e

rationem theoriam, vel ad vsum forensem pertinet, omittat. Præterea & prælectiones priuatissimas & collegium disputatorium, horis confutis ea, qua par est, adfiduitate persequetur.

SIMON PETR. GASSER, 1Ct. hora XI. publice explicabit *Introductionem suam Oeconomico-Cameralem* & quoniam Potentissimus Rex noster denuo, nuperque desideravit testimonium eius, illud nemini imposterum perhibebit, nisi his, qui nomina sua circa finem collegii de derunt chartæ, ad hoc singulari; *Priuatim* vero hora X. & II. pom. ad *Pandectas Ludouicianas*, nec non hora III. ad *Positiones suas Practicas* in collegio *Practico* elaboratorio commentabitur, ea qua confuevit methodo vsurus. Initium Collegiorum erit d. 15. Octobr.

IACOBVS GABRIEL Wolf publicis prælectionibus in G. A. STRVVI *Iurisprudentiam Romano German. forensem* hora XI. diebus *Luna, Martis, Iouis ac Veneris*, commentabitur; atque obseruationes suas, notatu maxime dignas, vt tempori parcat, separatim d. *Mercurii ac Saturni* in calammum dictandas curabit. *Priuatim* autem, hora VIII. IX. HORNII *iuris publici prudentiam*; præterea, hora IX. X. V. C. PERTSCHII *elementa iuris canonici & Protestantium ecclesiastici*; post, hora III. V. C. BYRC. GOTTH. STRVVI *iurisprudentiam feudalem*; denique, hora IV. institutiones suas *iurisprudentie naturalis ac gentium*, (quibus regule iusti, honesti, decori ac prudentie distincte explicantur atque applicantur,) interpretabitur. Initium V. S. N. die *XP. mens. Octobris* facturus, omnique fide atque industria ita continuaturus, vt perspicue atque ordine cuncta proponatur, nec non sufficientibus, vt par est, rationibus firmentur; itemque ad vitæ inprimis ciuilis vsum accommodentur.

CAR. GOTTLIEB KNORRIVS docebit Hor. IX. *Institutiones Iustinianear*; Hor. X. & II. *Pandectas B. LVDOVICI*. Hor. III. aperiet *Collegium Practicum elaboratorium* ad ductum det *Gründlichen Einleitung zum Proceß*; additurus binis per hebdomadem horis *Methodum referendi Acta*. Publice *Ius Naturæ & Gentium* e PVFENDORFII libris de *Officio hominis & ciuis* hor. VIII. denuo aufpicabitur. Initium fiet finitis nundinis Lipsiensibus.

IO. GERARDVS SCHLITTE in Collegio *publico* strenue perget, quo ad finem perducto, in B. LVDOVICI *Introductionem ad Processum Cambialem* commentabitur. *Priuatim Institutiones Iustinianear*, STRVVI *Iurisprudent. forensem*, LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum* luculenter exponet, additurus, si per tempus licuerit, Collegium *practicum* in B. STRYKII *Introductionem ad Praxin forensem*. De horis hisce Collegiis impendendis e valuis publicis DNN. Auditores admonebit, initium, DEO propitio, facturus d. 22. Octobr.

IO. SAM FRIDER. BOEHMER finitis nundinis Lipsiensibus in lectionibus publicis hora I. perget; priuatim vero hora VIII. explicabit *compendium iuris criminalis*, hora IX. præcepta *iuris naturæ* ad ductum libelli *Puffendorfiani de officio hominis ac ciuis*, hora X. iuncta IIda Dn. *Parentis Digesta*, hora XI. ipsam *Institutionum sextum*, notatis vbique *differentiis iuris Romani, & Hodierni*: addet quoque hora VI. ita vespertina collegium *examinatorium ad Pandectas*, quod qui frequentare cupiunt, officiose rogantur, vt ante terminum nouis hisce lectionibus dicatur priuatim nomina sua profiteantur.

MARTINVS SCHMEIZEL publicas futuri semestris operas, infra indicabit. *Priuatim* hora VIII. *Bibliothecam Iuris Publici*, præeunte HOFFMANNO, amplioribus discursibus illustrabit, notiora scripta, præ reliquis, in censuram vocando; hora X. *Ducatus Ducbaringia & Herueria Statum publicum & Historiam* exponet, ad introspectiendas Consultationum, que in curia Procerum Europæ, de vtroque aguntur nunc, rationes. Hora XI. *Iuris Publici S. Rom. Imp. doctrinas* repetet denuo, ad ductum *Delineationis* suæ typis exscriptæ. Hora II. propinabit *Notitiam Reipublicæ & Status Tatarorum Europæorum*, vbi grauisimi belli theatrum adpertum esse constat, ad intelligendas relationes, quæ ex illis oris adferuntur largiffimæ quidem, sed lumine omnino indigæ, & legere eas cum fructu & intelligere velis debite.

D. GODOFREDVS SELLIVS, Iurium Professor P. Ordinarius, & S. R. M. Conf. aulicus, quam primum huc familiam cum suppellectile transtulerit, singulari Programmatè de suis prælectionibus edisseret.

## M E D I C A E.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Academici Senior. A multis iam retro annis hoc vnicum mihi curæ cordique fuit, vt artis nostræ studiosorum in praxi rationali & individuali profectibus consulerem maxime. Quocirca morborum historias, consultationis causa ad me transmissas, cum ipsis communicare, morbique speciem & proximam continentem causam ex suppeditatis phænomenis sollicita exponere indagine adlaboravi; qua cognita genuinum medendi methodum, & selecta vsuque probata remedia, vna cum adnexis necessariis cautionibus & obseruationibus, sincere tradidi. Quem vtilissimum laborem etiam per proximum semestrem hibernum publice continuare bono cum Deo decreui. Ceterum, nec alienus ero, quosdam, qui expetunt, in præscribendis formulis cuius morbo accommodatis priuatissime instruere.

MICHAEL ALBERTI, *Publicis* Lectionibus sine interuallo huc vsque doctrinam de *Monstro Conceptu* tractauit, & proxime alios Grauidarum fonticos affectus b. c. D. explicabit. *Priuatim*

uatis horis Physiologiam, Pathologiam & Materiam Medicam prosequetur. Suscipiet etiam Chymiam dogmatico-Experimentalem eamque vniuersalem, nec nude pharmaceuticam.

IO. IVNCKER alteram Chirurgiæ partem, quæ instrumentalis audit, horis consuetis tractabit publice. Priuatim & theoriam & therapiam medicam ab inchoato docebit. Priuatissime ad praxin clinicam manducet prouectiores. Ceterum horas vespertinas chemiæ fundamentis & experimentis destinabit.

D. IO. HENRICVS SCHVLTZE publice edisseret classes remediorum, eorumque agendi & iuuandi modos. Priuato studio materiam medicam vniuersam tractabit. Alia hora, quæ præparata & composita in officinis prostant, ad ductum Regiæ & Electoralis dispensatorii Boruso-Brandenburgici, explicabit, suasque nuper editas prælectiones in hanc officinarum normam copiose supplebit. De formulis præscribendis itidem tractabit: & cupientibus disserendo semet perficere succurret disputationibus priuatis bis per hebdomadem habendis.

FRIDERICVS HOFFMANNVS P.P. Publice hoc semestri spatio die Lunæ & Iouis ab hora XI. ad XII. ex materia Medica, quæ selectissima vsuque probata ad morbos tam auertendos quam curandos depromi possunt remedia, cum Galenicis tum chymica, simplicia & composita proponere animus est. Priuatim vero, vt inceptis tironum cum insigni fructu consulatur, collegium anatomico-physiologico-pathologicum exhibere constitui, in quo primum ex fundamentis anatomicis peculiarem cuiusvis partis structuram & fabricam, situm & connexionem tradam, dein singularum partium vsum & functionem, quæ ad vitam & sanitatem tuendam pertinet, addam, quibus demum continuo nexu partium læsionem, qua morbis subiectæ sunt, subiungam, præsertim cum meminerim, Honoratiss. Dnum Parentem meum non sine inuigui adplausu ac successu eadem methodo collegia pertractasse.

## PHILOSOPHICÆ.

IO. HENR. MICHAELIS publice in exegeticis lectionibus philologiæ vsum auditoribus abunde demonstrabit. Priuatim cupientibus breuem & solidam manuductionem ad doctrinam de accentibus Ebraeorum promittit, & finito B. C. D. Decanatu theologico, R. *Mavdachaï*, Karei *notizian Karaorum*, a Cel. Io. Christoph. *Wolffio* Hamburgi editam, auditoribus præleget, & historiam ac stilum libri illustrabit.

D. IO. GOTTL. HEINECCIUS præter prælectiones iuridicas publice politicam ad ductum *BUDEI*, cuius *elementa prudentiæ ciuilis* maximi omnino faciendæ sunt, priuatim autem libellum *PVEENDORFFII de officio hominis & ciuitatis* ita interpretabitur, vt viri doctissimi principia tum cum suis, tum cum recentiorum scriptorum principiis vbique contendat, vsumque simul demonstrat disciplinæ pulcherrimæ.

CHRISTIAN. BENED. MICHAELIS, hora IV. vespertina Ezechielem ac XII. minores Prophetas, ex Hebræis fontibus interpretabitur, & finito Prorektoratu, ad alias philologiæ Orientalis partes ducem se cupidus Auditoribus offeret.

MICHAEL ALBERTI Anemologiam s. doctrinam de Ventis specialissima deductione physica publicis discursibus hæctenus proposuit, quam porro prosequetur: Subinde etiam diebus Mercurii & Saturni. ab VIII. ad IX. Collegium Logico-disputatorium, cum priuato exercitio disputatorio coniunctum aperiet.

IOAN. IOACHIMVS Eange, Math. P. P. O. per Semestre hibernum publice hor. II. *Mathesin puram*, h. e. *Mathesin vniuersalem, Arithmetice, Geometricam & Trigonometricam*, præleget: priuatim autem hor. IV. *Mathesin impuram*, h. e. *disciplinas Opticas, Astronomicas* atque *Mechanicas*, & hor. V. *Algebram* explicabit. *Astronomiam* desiderantes ad eandem hor. VII. vespertina manducet. *Physicam dogmatico-experimentalem* hor. I. docebit. Præterea in gratiam eorum, qui *Mathesin puram* audiunt, aliquot destinabit horas *repetitionis & examini*.

MARTINVS SCHMEIZEL, hora in tempore indicanda, publice occupabitur in præscribendis *Regulis de Prudentia viuendi & conuersandi*, ad ductum libri sub prælo nunc sudantis. Priuatim hora IX. *Historiam Vniuersalem*, hora III. *Historiam Germaniæ vniuersalem* deuo auspiciabitur, more & methodo sibi consuetâ, insuper & *Hevaldiæ amanitates* degustandas propinabit, tribus hebdomatim horis, quas Dn. Auditores pro lubitu designabunt.

D. IO. HENR. SCHVLTZE publice interpretabitur panegyricum *PLINI* Traiano dictum. Fundamenta cultioris stili, ad ductum illustris nostri *HEINECCI*, declarabit. Romanas antiquitates noscere cupientibus præleget *NIEVPORTI* succinctam explicationem rituum, qui olim apud Romanos obtinuerunt.

DANIEL STRAEHLER publice hora II. pom. Physicam exponet: priuatim vero hora III. *Mathesin puram* duce *Wolffio* tradet; hora IV. Logicam suam explicabit: hora V. finitis lectionibus logicis in *Metaphysicis* perget; hora denique VI. *Ius nature & Ethicam* proponet. Nec deerit illis, qui vel in *Mathesin*, vel in *Philosophiam*, priuatissimas lectiones cupient. Initium harum lectionum erit d. 15. Octobr.

FRIDE.

FRIDERICVS WIDEBVRG *privatim* tradet ab VIII-IX. *Iuris Publici* disciplinam, MASCOVIO duce: a IX-X. *Politicam*, illamque artem respublicas feliciter administrandi: ab XI-XII. *historiam Imperii Germanici* ex idoneis scriptoribus monumentisque, STRVIO praeunte: a III-IV. idem collegium *historia imperii* aperiet, vt variorum desiderijs consulat facilius. *Publice* denique HEINECCIUS fundamenta *stili cultoris*, pro officii ratione, interpretabitur. Initium erit post finitas nundinas Lipsienses d. XV. Octobr.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS, P. P. O. *publice* praeleget *priorem* *Curfus philosophici* partem, quae *Logicam, Metaphysicam & Physicam* continet, ducet WALCHIO, hora XI XII. *privatim* vero hora II-III. seorsim *Metaphysicam* ad ductum thesium suarum; hora III-IV. *Erbicam*, hora IV-V. autem *Logicam* interpretabitur, praeunte in vtraque disciplina illustri nostro HEINECCIO; nec illis operam suam denegabit, qui tam publice quam *privatim* *disputando* ingenii vires periclitari cupiunt.

IO. HENR. CALLENBERG codicis hebraici dimidiati partem alteram pertractabit: *publice*, hora I-II. dierum lunae, martis & mercurii, *Iobum, & Salomonis* scripta; scilicet *Proverbia, Canticum, & Ecclesiasten*: *privatim*, hora vna, *Propheas*, excepto Iesaja; altera, reliqua *Hagiographa*, omnis Chroniconum libris. Nec illis deerit, qui in tractando Novo Testamento graeco, se duce vti velint, aut in aliis linguis orientalibus expendant institutionem.

D. GODOFREDVS SELLIVS, quam primum aduenerit, de suis praelectionibus singulari programmate acturus est.

### EXTRAORDINARIAE.

IO. EHRENF. ZSCHACKWITZ, Prof. Iur. & Hist. Publ. Hor. VIII. matut. ex STRVIO *Historiam Imperialem* tradet, quibus vero haec hora minus commoda, eos hor. XI, expectat. Hor. IX. matut. *Historiam novissimam* omnium Rerum publicarum a MAXIMILIANI I. vsque ad praefens lustrum docebit. Hor. X. *Geographiam* explicabit. Hor. XI. ex STRVIO *Historiam Imperialem* eis explanatam dabit, quibus hor. VIII. minus commoda, quas curas optima Subsidia, optimaque documenta vbiq; adiuuant. Hor. III. pom. Duce, vel MASCOVIO, vel HORNIO *Ius Publicum* exhibebit, & quidem ea methodo, & Subsidijs, quibus *Historia Imperialis* illustratur. Hor. IV. praeunte PUFENDORFIO, *Historiam Vniuersalem*, & quidem ab omni auro explanatam dabit, methodo ea, qua haecenus vsus. Hor. I. diebus *Mercurii & Saturni* Lectiones publicas continuabit. Praelegt etiam *Historiam* omnium Religionum, cum primis *Papalem*, & ex WOLFFIO *Politicam*, ex SCHILTERO *Ius Feudale* horas vero ex valulis publicis indicabit. Initium quarumcumque harum curarum fiet die XV. instantis mensis Octobris.

D. IO. TOBIAS CARRACH, Iur. P. P. praeleget *privatim* 1) *Ius Naturae & Gentium* ad Pufendorfium de Officio hominis & civis, ita vt auditores iusta fundamenta omnis Iuris prudentiae positivae discere queant: 2) ad *rerum Institutionum Iustinianearum* docebit luculenta demonstratione differentias *Iuris Romani & Germanici*, 3) & *pavi* methodo commentabitur ad *alteram partem Digestorum* Illastr. Dai Böhmeri: 4) *Ius Feudale* quoque tam *Longobardicum* quam *Germanicum* tam *feudorum Imperii immediatorum* quam *mediatorum* tradet duce Stryckio, 5) nec non ad Coruini aphorismos *Iuris Canonici Ius Ecclesiasticum* exponet & cum *recta rationis & historia ecclesiastica*, lumine illustrabit differentias *Iuris Pontificii ac Protestantium*: 6) denique collegium *processuale* *laboratorium* offert ad proprias theses communicandas ad describendum: *publicas* lectiones separatim indicabit vna cum horis & initio horum collegiorum.

D. HENR. BASS praeleget publice Tractat. de Fasciis & *privatim* 1) Collegium Practicum, 2) de Morbis veneris & 3) obstetricandi artem auspicabitur. Initium Lectionum suarum peculiari indigetabit scheda.

I. F. CASSEBOHM, *Privatim* hor. III. pomerid. Osteologiam tradet, qua finita reliquas corporis nostri partes, eadem hor. in Theatro anatomico demonstrabit, harumque statum sanum & morbosum, prouti verterque per sectiones quam plurimas innotuit, hor. V. pomerid. indicabit. Publice diebus Merc. & Satur. hor. III. pomerid. in explicanda methodo secandi perget.


D. MART. HENR. OTTO, P. P. Quibusdam Septimanae diebus hor. *Imo* ea, quae ad Graeciam pertinent, publicis lectionibus, absoluet, & ad *historiam philosophiae Romanae* properabit, duce, quo haecenus vsus est, Illustr. Heineccio in delineatione *histor. phil.* Logicae praemissa, & si ad Romanos peruentum sit, in subsidium vocabit eiusdem *Historiam Iuris*. Hora II<sup>da</sup> *Practognis* sua novitatis philosophiae tradet, hora III<sup>ta</sup> *Logicam*, hora VIII<sup>va</sup> matutina *Metaphysicam*, hora IX<sup>va</sup> *Ius Naturae & Gentium*, hora X<sup>ta</sup> *Mathesin puram* docebit. Hora denique XI<sup>ma</sup> studiosos Iuris ad audiendas *Instit. Iur.* inuitat.

P. P. in Regia Fridericiana a. d. XXIII. Seprembr. c1810cc xxxvi.

Hala Magdeburgica, typis Io. Christiani Hendelii, Acad. Typogr.

PICA







# PRAELECTIONES ACADEMICAS

P E R

## SEMESTRE HIBERNVM

IN

REGIA FRIDERICIANA  
HABENDAS

INDICIT

PRO-RECTOR

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS,

S. THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE PROF. PVBL. ORDINARIVS.

### LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IO. HENR. MICHAELIS tribus prioribus hebdomadae diebus hora IX. publice pergit in enarratione vaticinii *Michaë* ex fonte Ebraeo; eoque absoluto ad *Nobumum*, *Habacucum* & *Sophaniam* progredietur. Altera parte hebdomadis eadem hora publice alteram partem *Euangelii S. Iohannis* ex Graeco textu explicabit. *Privatim* hora XI. continuabit recensionem & succinctam explicationem librorum Ecclesiae nostrae Symbolicorum, & die Saturni *exercitationes disputatorias* ad eosdem cum auditoribus suis instituet. Hora II. a meridie singulos audiet, qui consilium vel auxilium in studiis expetunt.

D. IOACHIMVS Lange lectiones publicas, easque *zeticas* hora consueta X. continuabit, in *exegeticis* vero privatim epistolam ad *Hebraeos*, aut librum *Apocypseos* propheticum, interpretabitur.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS absoluto Marco, *Lucam* lectionibus exegeticis hibernis iisque publicis, pertractabit. Continuabit etiam *paranesicas* in Ideam Studiosi theologiae, & *asceticas* in epistolam ad Romanos, quibus & porro addet *homiletica exercitia*.

CHRIST. BENED. MICHAELIS hora II. publicis praeflectionibus perget explicare *lesaiam* prophetam; privata vero industria hora IX. collectionem harmonicam in IV. *Evangelistas* inchoabit.

SIGISM. IAC. Baumgarten publice epistolas P III. a mer. *asceticas* praeterea horas diebus Solis in *libros*, atque *disputationes* dogmaticas diebus Saturni *zheologiam dogmaticam* ad compendium Freylingham partem hac hieme pertractaturus, hor. V. a meridie *lecturam* sectarum adhuc illustratam, ad ipsam controuersiam cinctam ex ordine compendii dogmatici instituent.

### I V R I D I

IOAN. PET. DE LVDEWIG in scholis *palatiis* & *canonicis iurium* DIFFERENTIIS. Hora X. vto duces; comite autem veritate & iustitia. *Præbus*, quam *proutincialibus*; uti usus cum mediis acutis etiam nunc. Hora III. *epistola*, hoc semestri, S. R. I. bellum, den *Fürstenstaat* illustrabit; unde proficere scitu necessarium olim, ad *munera* reipublicae *ciuidam* & exornanda feliciter. Alii doctores multum *seuero* scenam ultimam plene instruit SECKENDORF S. R. I. COMITE continuabit *historiam Germaniae*,

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER IC. *blicum* sedulo hora III. pomeridiana perget, *privatam partem Digestorum* & hora IX. *iur canonicum* d qui in actis referendis manductionem eius desiderat.

D. IO. GOTTL. HEINECCIUS semestri hora *diana* *panectas* hora XI. INSTITVTIONES ita

